

rentinis simulaverit, quo bellum illis inferret. Qui spe vana inflatus Regnum Italiae speret, atque affectet, se se paratum juri stare. Sed quoniam non jure determinare rem placet, viriliter repugnabimus. Quod autem afferis, non universam Civitatem, sed paucos id attentasse, re ipsa intelliges, a summo ad minimum usque tibi adversaturum. Et nos eo animo bellum gesturos, quod à te oblatum est, quod ferme duodecim insequentibus annis nonnumquam infida pace gestum est, tanto Florentinorum impendio, quanto nullum antea gestum fuerit.

Neque majoribus copiis ac opibus ullae umquam Civitates inter se in Italia bella gesserunt, neque utriusque potentia umquam major apparuit. In quo bello non solum omnis Italia intricata fuit, sed etiam exteræ nationes, ut suo loco dicemus. Belli initium tum antea causæ deditissim, tum verò quod Senis magna equitum & pedrum manus convenierat tam ex Gallia, quam ex Piceno: quod Florentini Senensem exilibus aperte favebant, auxiliaque iis pollicebantur. Dux exercitus erant Johannes Aetii Ubaldinus, & Johannes Todescus Sacconis nepos, dudum Aetii dominantes, ambo armis exercitati, & viri bello præstantes, & Florentinorum hostes, quibus Florentini oppida abstulerant. Hi ergo duces ut primum Senis applicuere, superato Monteluro, per superiorum Arni vallem descendentes in Aretinum agrum venere, cuncta rapinis & incendiis devastantes. Hac præda ditati per Ambram fluvium in fines Senensem castrametati sunt. Aretini exiles, & Gibellinæ factio- nis homines, quorum in ea regione ingens etat multitudo, quum jam rebus novandis animos applicuissent, metu perterriti eorum equitum, quos rapini Florentini Aretium immisere, paulisper ab incepto destiterunt. Gentiles autem Sacconis, agnatus palam cum eorum Castellis hostibus adhaſere. Quorum etiam opera Lucinianum, quod tunc Florentini possidebant, deditione a Senensis suis susceptum est. In Bononiensem autem agro, quia Florentinis adhaſerant, Galeatius suos immiserat, Jacobo Vermio Veronensi ejus belli duce, aliisque permultis sub Galeatio militibus. Hi aliqua Bononiensem oppida primo impetu cepere. Eam rem Bononienses Florentinis queruntur, expoſtulantque ex fœdere subsidia sibi immitti. Florentini quod hostem inseſtissimum in Aretino habebant, cuius metus Civitatem invaserat, addito novo insuper bello, trepidare, festinareque, & ut poterant, tamen suorum consociorum rerum curam fuscipere cogebantur. Erant illis satis equitum, quos habebant, copiae: nam Johannes Aucus, unica eorum spes, ea tempestate in Apulia erat. Hunc igitur magnis pollicitationibus evocarunt. Simil & Raynaldum Ursinum, cuius ejus belli ducatum in Etruria pollicebantur. Et interea locis opportunis milites scribere. Johannes Aucus mature ad veteres amicos venit, & in Bononiensi missus est, quod magna eis cura erat retinendi Bononienses in fide, ne ad hostem deficerent. Raynaldus dum se expediret, atque jam iter esset ingressus, apud Aquilam proditione quorundam equitum caecus est. Cujus intentus multarum calamitatum causa fuit, & confilia Florentinorum turbavit. Nec impar

A apud Senenses conditio. Johannes Azzius alter ex belli ducibus Galeatii, morbo corruptus, & Senis delatus interrit. Johannes Aucus ut primum Bononiam venit, coactis omnibus copiis, ad triamillia equitum & duo millia peditum ad hostes perrexit. Qui apud Crevalcore castra habebant, ubi hostes in hos adventare intellexerunt, confessim vasa colligentes, se se deserta obsidione in agro Mutinensi receperunt. His rebus peractis Aucus nitebatur Castella Bononiensem prius amissa recuperare. Carolus autem Bernabonis filius, & Luchinus ex eadem familia, quod ad eos Mediolanense spectabat imperium, nitebantur in Mediolanensem transire. Sed major erat Florentinorum ardor invadendi cum his ipsum caput belli. Missis igitur in Gallia & aliis locis Oratoribus, adtraxerunt ad se Stephanum Bavariae Ducem, & Franciscum Carrarium, qui capto patre in Germania degebatur. Sed ex Gallia Tranſalpina Jacobum Arminiaci Comitem, bello insignem, magnis præmis evocarunt. Inter hæc paranda decernendaque nihil feignitus bellum in Etruriam gerebatur. Nam Todescus Castella quædam Florentinorum, quæ agri Aretini erant, deditione suscep- rat, & Battifolle oppidum natura munitissimum haud longe ab Aretio tribus millibus passuum, proditione cujusdam Sacerdotis, suscepserant. Inde portis Aretii proximiores facti, neminem egredi patiebantur. Hoc metu Aretini, qui aliarum partium erant, arma omnibus Gibelline factiosis, ne quid innovarent, abstulere, nec nisi die domo exire licebat. Quæ res causa fuit Aretii reteniendi, quamquam ferme Castella omnia Aretinorum Battifolle capto rebellarunt. Ex altera parte Bones oppidum, & Colle Florentinorum, coacto exercitu Senenses infestabant. Sed major cura premebat Florentinos extra Tuscani transferre bellum. Quod si sibi perseverasset, non sufficieros se ad resistendum cognoverant. Itaque iterum atque iterum Legatos ipsorum Nuntiosque mittentes, effecerant, ut Franciscus Carrarius magna equitum manu in Italiam descenderet, primo impetu à Patavinis susceptus est, & Urbem paternam recuperavit præter Arcem, quæ valido præfido à Galeatio tenebatur. Qua quo facilius potiretur, missus est Johannes Aucus, qui in Bononiensem ex Aretino transgressus, Regio, Parmenisibus que etiam nihil pacatum relinquebat.

Dum hæc agerentur, Dux Bavariae cum suis Germanis in Italiam venit. Quibus ex rebus Galeatius majori cura oppressus, Veronæ atque Vicentia timere copit, ne ab eo deficerent, ut fecerant Patavini. Hæ enim Civitates, præcipueque Verona, eorum antiquum dominatum optabant. Vicentia verò, quod Antonius Scala diem suum obierat, id lentius agitabat. Quumque Stephanus Dux Bavariae à Veronenibus accitus non apparuerit in tempore, Cives inter se divisi, nulla prius venia impetrata, pars Civium ad Galeatii favorem configuerat, cuius copiae tunc in Cremonensi erant, ut Arcem Patavii opis indigant omni auxilio juvarent. Praerat his Galeatii copiis Ugolottus Blan- cardinus, qui accitus à Veronenibus his, quos dixi, Urbem ingressus, eam triduo di- ripuit; fævitamque aerius tuisset in Cives,